Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



cc lxxvij

mitto uos. sicut agnos inter lupos. Nolite portare saccu
lum neq; peram. neq; calciamenta. & neminem per uiam sa
lutauitis. In quacumq; autem domum intrauerit. primum
dicite pax huic domui. Et si ibi fuerit filius pacis. requie
scet super illum pax uestra. sin autem. ad uos reuertetur. In eade
autem domo manete. edentes. & bibentes. que apud illos est.
Dignus est enim operari mercede sua. Nolite transire de do
mo in domum. Et in quamcumq; ciuitatem intrauerit. & su
sceperint uos. manducate que apponunt uob. & curate in
firmos. qui in illa sunt. & dicite illis. Appropinquabit
in uos regnum dei. De eiusdem. Fer. v. infra octauam. Omnipotens sempiternus deus qui
data est gratia. R. In uigilia ascensionis domini. Sancti Lucae.
In illo t. Dixit dominus ihs. d. s. Qui uos audit. me audit. &
qui uos spernit. spernit eum qui me misit. Reuersi sunt au
tem septuaginta duo. cum gaudio dicentes. Domine. & demo
nia subiciuntur nobis. in nomine tuo. Et ait illis. Videbam
satanam sicut fulgur de celo cadentem. Ecce dedi uobis po
testatem calcandi super serpentes. & scorpiones. & super omnem
uirtutem inimici. & nichil uobis nocebit. Verumtamen in hoc
nolite gaudere. quia spiritus uobis subiciuntur. Gaudete autem
quod nomina uestra scripta sunt in celis. In natale unius martyris. Et sapie
Beatus uir qui in sapientia morabitur. & qui in iustitia
meditabitur. et in sensu cogitabit. eiusdem sapientiae. dei.
Cibabit illum pane uite et intellectus. & aqua sapientiae
salutaris potabit illum. Et firmabitur in illo. & non flec
tetur. et continebit illum. & non confundetur. et exaltabit illum
apud proximos suos. Et nomen eterno hereditabit illum
dominus deus noster. At Et Sapientie

271